



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.19. Jurisdictio Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

§. XIX.

Sæculum VI.
A. C. 592.*Jurisdictione Papæ.*

Hæc S. Gregorius in illis solummodo Ecclesiis curabat, quæ speciatim a Sacra Sede dependebant, ideoque Suburbicariæ dicebantur, quales erant Ecclesiæ in Parte Meridionali Italiæ sitæ, ubi ipse solus erat Archiepiscopus, item Ecclesiæ Siciliae, aliarumque Insularum, quamvis illæ Metropolis haberent. At non legimus Papam eadem Potestate in Provinciis Episcopatus Mediolanensi, vel Aquilejensi subordinatis, vel in Hispania, aut Galliis immediate usum fuisse. Id vero veritati est consentaneum, quod in Galliis Vicarium suum, nempe Episcopum Arelatensem, sicut etiam Episcopum Thessalonicensem in Illyrico Occidentali habuerit. Præterea Pontifex Ecclesiarum Africae curam gerebat; hortabatur præsertim, ut Synodi suo tempore celebrarentur, & observarentur Canones. Illud vero non occurrit, quod Jurisdictionem hanc singularem in illis Provinciis, quæ ad Imperium Orientis pertinebant, scilicet quatuor Ecclesiis Patriarchalibus Alexandrina, Antiochena, Jerosolymitana, & Constantinopolitana exercuerit. Papæ cum omnibus his Patriarchis Communio Ecclesiastica & Epistolarum commercium intercedebat,

Y 5

sed

Sæculum VI. sed curam particularem Ecclesiarum
A.C. 592. lis subjectarum non suscipiebat, nisi so-
 lito majora componenda occurrissent.
 Multitudo ingens Epistolarum S. Gre-
 gorii nobis occasionem præbet ista de-
 stinguendi, ne quis putet, prædicta jura
 quæ in quibusdam Ecclesiis exercebantur
 indiscriminatim ad omnes esse exten-
 denda.

§. XX.

Epistola ad Venantium.

I. ep. 33.

Venantius vir nobilis aliquando Mon-
 achum professus, eum deinde exui-
 uxorem duxit, atque tunc Cancellarius
 Italiæ munere fungebatur, quod jam ex-
 inde erat spectatissimum, eique aliquam
 jurisdictionis partem in totam Provin-
 ciam dabat. Hunc virum S. Gregorius
 numero amicorum suorum adscripserat,
 & multi credebant, quod jam Episcopus
 ordinatus raro ad eum Epistolas escri-
 raturus esset; verum S. Papa creditum
 nullatenus sibi esse silendum, postquam
 ad summum Prælaturæ fastigium fuisse
 evectus. Ergo ad Venantium scribens
 inquit: *Nibil obstet, quo minus loquar
 tibi, etiamsi importunus accidam;* quæ

(*) Nempe talia, quæ curam Pontificis, quo-
 tenus Caput & Pastor Ecclesiæ Universalis esse
 exigebant.